


Summarium

De iure Capituli Varmiensis ad eligendum Episcopum.

SVMMARIVM.

Anno 1600. die 5. Iulij.

CLaudius Rangonus &c. Nuntius Apostolicus &c. Noueritis coram Nobis Comparuisse Illustrissimum D. Petrum Tylicki Episcopum Culmen &c. *& exposuisse se inter personas à Sac. Reg. Maiestate nominatas Prælatis, ac Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Varmiensis* per obitum &c. D. Andreæ Card. Batthorei vacantis *iuxtà Iura, prærogatiuas, & pactiones ipsius Ecclesiæ dudum anteà cum S.R.M. Antecessoribus Poloniæ Regibus initas*, à prædictis Prælatis, ac Canonicis legitimè, & Capitulariter Congregatis electum, & postulatum fuisse ad Cathedralem Ecclesiam Varmien. prædictam, prout in litteris patentibus coram Nobis exhibitis legitimè docuit &c.

Num. 1.
Particula Processuum Ecclesiæ, seù Episcoporum Varmien. à Reuerendissimis Nuntijs Apostolicis Poloniæ pro tempore Romam transmissorum, & existentium in Archiuo S. Collegij.

1604. die 25. Nouembris.

Coram eodem Rangono Nuntio Apostolico in Electione Simonis Rudnicki Episcopi Varmien. habetur. *Ecclesia Varmiensis ad quam ex nominatis à prædicto Serenissimo Rege fuit electus à Capitulo &c.*

1633. die 13. Aprilis.

In instrumento publico actus Capitularis Processui inserto habetur. *Nobis in vnum Congregatis &c. D. Nicolaum Szyszkouski, &c. consensu vnanimi in Ecclesiæ nostræ Varmien. Episcopum, & Pastorem elegimus &c.*

1643. die 22. Maij.

Marius Philonardus Archiepiscopus Auenionensis &c. Nuntius Apostolicus &c. Comparuit &c. Illustrissimus D. Ioannes Carolus Comes a Konopat, *& exponens se iuxtà antiquam consuetudinem, & priuilegia &c. Ecclesiæ Varmien. concessa &c. fuisse electum in Episcopum Varmien. à Capitulo Ecclesiæ Varmien. vacantis &c.* per obitum Nicolai, &c.

A 1644.



A.

Delegatus (absente Nuntio Apostolico) Episcopus Posnanien. Senator Regni Ius Capitularis electionis cōtestatur in Processu Episcopi Varmien.

1644. die 27. Maij. *Absente Nuntio.*

Andreas de SzoldrsKi Episcopus Posnanien &c. Noueritis &c. Illustrissimum D. Venceslaum LesczynsKi coram Nobis &c. comparuisse, & *exposuisse optare se, tamquam à Ven. Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Varmien. iuxtà priuilegia, & Iura sua tam à S. Sede, quàm à Serenissimis Poloniæ Regibus approbata electum,* & à Serenissimo Vlasdilao IV. &c. commendatum &c. promoueri &c.

1679. die 4. Decembris.

Coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Francisco Martelli, &c. Archiepiscopo Corinthi Nuntio Apostolico &c. personaliter comparens *Illustrissimus D. Michael RadziowsKi produxit* Instrumentum Originale litterarum, quas Ven. Capitulum Varmien. scribit ad Sanctissimum &c. *continens sui electionem ad Episcopatum Varmien. tenoris, &c.* - Sequitur Decretum Electionis Capitularis.

Ommittitur aliud simile documentum electionis seù Postulationis Illustrissimi D. Io. Stanislai Comitis de Sbonszyn SbonsKi Episcopi Varmien. vltimo loco defuncti.

Num. 2.

Bulla Innocentij VIII. confirmationis Apostolicæ Lucæ Episcopi Varmiensis per Capitulum electi desumpta ex eius Originali penes Capitulum Varmien.

Innocentius Episcopus &c. dil. filijs Capitulo Varmien salutem, &c. *Hodiè electionem per vos factam de persona dilecti filij Lucæ electi Varmien. ad Ecclesiam vestram, tunc per obitum bon. mem. Nicolai Episcopi Varmien. &c. Canonicè factā &c. de fratrum nostrorum Consilio, Apostolica authoritate confirmauimus, & approbauimus, præficiendo eundem eidem Ecclesiæ in Episcopum, & Pastorē &c. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs &c. eius salubria monita, & mandata suscipiatis &c.* alioquin &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Inc. Domini 1489. 15. Kal. Iunij Pontificatus nostri anno V. &c.

Num. 3.

Epistola Iustificatoria resolutionis Sac. Consistorij coram Innoc. VIII. à Cardinali Prenestino scripta ad Casimirum Poloniæ Regem super

Marcus Episcopus Prænestinus Card. tit. S. Marci, & Patriatcha Aquileien. ad D. Casimirum Regem Poloniæ.

Serenissime Princeps &c. non sum immemor fungens legationis munerè apud Maiestatem Vestram, quam honorificè fuerim ab illa exceptus, &c. *Ecce quò nescio mihi minimè quærenti fuit per SS. D. N. de mense Martij Causa vacationis, & Electionis Ecclesiæ Varmiæ, & propterea à me per menses duos, in quibus tam*

ex

ex Historijs, quam Priuilegijs, & doctissimorum censibus, litteris Apostolicis, & Imperialibus, pluribus auditis Aduocatis, & sæpius Maiestatis vestræ Oratore, cui cum Aduocato principalia Partis Iura aperta erant, receusitaque tota re annorum ducentorum, & septuaginta data est plenissima Informatio de mandato SS. D. N. ab vtraque Parte Reuerendissimis cæteris Cardinalibus; & causa plenè discussa per duo Concistoria ducta in longum, me referente clarè cognitum est de Iustitia Ecclesiæ Varmien. & electi, vt ipsa compellente Iustitia, nullo prorsùs alio respectu Iesu Domino Nostro Benedicto teste summo confirmata fuerit Electio Iure Concordatorum nationis Germanicæ prout fel. rec. Paulus, & Sixtus vltimò fecerunt &c. prout ex Mente SS. D. N. Maiestas Vestra percepit. Romæ die XV. Nouembris 1490.

comprehensione Ecclesia Varmien. sub concordatis Germaniæ. Ex lib. Archiui Varmien.

Anno 1479. die 15 Iulij Petricouiæ in conuentione Generali. In nomine Domini &c. ad perpetuam rei memoriam Nos Nicolaus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Varmien. significamus &c. *quomodo destructioni Bonorum, subditorumque Ecclesię nostrę Varmien. quæ per armorum gentes facta est, sitque vsque eò condolentes, ac ipsos subditos nostros paci reddere optatę cupientes:* recensentes Episcopatum nostrum, & Ecclesiam vigore perpetuæ pacis medio Reuerendissimo in Christo Patris D. Rudolphi &c. Vratislauien. Episcopi Sacros. Sedis Apostolicæ legati inter Serenissimum Principem, & D. Casimirum, &c. Poloniæ Regem &c. ex vna, nec non Ven. D. Magistrum generalem Ordinis B. Mariæ Virginis Teuthonicorum &c. in Prussiæ partibus ex altera initæ &c. de corpore inclyti Regni Poloniæ existere &c. *præfatum Serenissimum Regem, ac successores Reges Poloniæ &c. cum Ven. Capitulo Ecclesiæ nostræ prædictæ, &c. recognouimus, recognoscimusque presentibus Protectorem Ecclesiæ nostræ &c. sub articulis infrascriptis &c Prætereà submittimus, & præsentibus obligamus Nos cum Capitulo Ecclesiæ nostræ Varmien. quod in futuris electionibus pro tempore, siuè postulationibus Episcoporum d. Ecclesiæ Varmien. Capitulares eiusdem Reg. Maiestati, & suis successoribus personam gratam eligere tenebuntur &c.* In quorum &c. fidem &c.

Num. 4.
Instrumentum conuentionis inter Episcopum, & Capitulum Varmiæ cum Rege Poloniæ Casimiro de grata persona eligenda in Episcopum.
Ex Iacobi Prilusii tract. de Regijs Polonię diplomatibus en statutorū libris ab eo publicatis fol. 217. & seq.

In nomine &c. Nos Sigismundus &c. Rex Poloniæ, &c. significamus &c. quod cum defuncto bo. me. Luca Episcopo Varmien. eiusdem Ecclesiæ Prelati, & Canonici ad electionem noui

Num. 5.
In sequelam dictę conuentionis Capitulum tran

segit cum Sigismundo Rege Poloniæ super 4. Candidatis ad Episcopatum Varmien. nominandis.

Episcopi &c. fuisſetque orta aliqualis controuerſia ſuper eadem electione, quæ videbatur nobis facta non obſeruato tenore cuiusdam articuli inter olim Sere Regem Caſimirum genitorem noſtrum &c. & R.P.D. Nicolaum Epiſcopum Varmien: ac eius Capitulum &c. in quo cauetur, quod ijdem Canonici Eccleſiæ, defuncto eorum Epiſcopo perſonam gratam Regibus Poloniæ eligere teneantur, *cumque eiusdem articuli de eligenda grata Regibus perſona interpretatio in dubium hinc inde traheretur*: Nos proſpicere cupientes, nè poſt hac controuerſia inter nos, vel ſucceſſores noſtros, & Capitulum d. Eccleſiæ Varmien. ſuper electione Epiſcoporum exoriri poſſit; *conuenimus, quod cum contigerit vacare Eccleſiam Varmien. &c. Nos, ſucceſſoreſque noſtri, quatuor pro arbitrio noſtro ex eiuſdem Eccleſiæ Prelatis, & Canonicis nominabimus, &c. ipſi verò Prelati, & Canonici prędicti vnum ex illis quatuor, quem voluerint &c. deligere in Epiſcopum tenebuntur &c.*

Num. 6. *Tract. de Europa cap. 22. fol. 66.*

Æneas Siluius Piccolomineus, qui poſteà fuit Pius II. cum Pruſſiam memorat, hæc ſcribit- *Ad Varmienſem Epiſcopatum defuncto Franciſco Epiſcopo, paruitatem noſtram Poſtulauere Canonici, Calixtus Pontifex Max. cum Nobis, annuente Senatu Apoſtolico commendauit.*

Epiſtola 28.

Idem in ſuis Epiſtolis Norinbergæ impreſsis anno 1476. id ipſum teſtatur, dum ſcribit Caſimiro Regi Poloniæ ſignificando Capitulum Varmien. (quod belli furorem declinando Glogouiam in Sileſia ſeceſſerat) ſe elegiſſe Epiſcopum, rogatque Regiam Maieſtatem, vt capiendæ Epiſcopatus Poſſeſſioni, neceſſarios Velit impertiri fauores.

Epiſt. Apologet. ad Mart. Mayer fol. 676.

Item ad Martinum Mayer ſcribit de vſu concordatorum Germaniæ, recenſetque Eccleſias Cathedrales in quibus Sedes Apoſtolica defert Electionibus ſeù Poſtulationibus Capitularibus in confirmatione Epiſcoporum, ponit inter eas Eccleſiam Varmien. enarrando ſui metipſius eo modo per Canonicos Varmien. factam Poſtulationem ad dictam Eccleſiam, Vacantem tunc per obitum Franciſci Kuszmaltz.

Hiſt. Pol. lib. 2. fol. 527.

Martinus Cromerus Epiſcopus, & Senator, ac luculentiſſimus rerum Polonicarum ſcriptor ait: *alios Regni Epiſcopos à ſolo Rege deſignari à Pontifice Maximo creari*: ſubiungit - *Varmienſis verò* (Epiſcopus) *ex pacto recentiori è quatuor Canonicis Indigenis à Rege propoſitis, vnus, ab eius ipſius Eccleſiæ Collegio eligitur, deinde hic quoque à Pontifice renunciatur, & confirmatur;*

tur; & Ibidem agendo de Prouincia Varmiæ, quod sit sub temporali Dominio Capituli, sic scribit- *Varmien. Episcopatus in Nulla censetur Satrapia, Vno autem & non interpolato ambitu in modum Principatus bona certis finibus peculiariter circumscripta, & arcibus atque oppidis exculta habet, eaque sic diuisa, vt duas Partes Episcopus, tertiam Collegium siuè Capitulum obtineat; In his vbique subiectam Nobilitatem habent, & liberam Iurisdictionem ab omni Regiorum Magistratuum Iurisdictione exemptam*.

Et paulò supra dixit de eodem Episcopatu Varmien. quod *licèt Episcopo suo, & Collegio siuè Capitulo prorsùs immediatè subiectus sit, nec omnia cum Superioribus* (Regiæ Prussiæ) *partibus habeat communia non segregat tamen se à Regia, Priuilegijs suis vtens, & fruens*. *fol. 525.*

Dictus Episcopatus nunc in nulla Prouincia censetur, & soli subest in rebus Ecclesiasticis Romano Pontifici. Idem. *fol. 526.*

Thomas Tretterus Historicus Polonus in describendis vitis Episcoporum Varmien. huius Æui, refert toties quoties idem Capituli Ius eligendi proprium Episcopum ex quatuor Candidatis iuxtà pacta recentiora cum Regibus Poloniæ liberè seruatum fuisse. *In Tractatu de Episcopatu, & Episcopis Ecclesiæ Varmien. per totum.*

Christoph. HartKnoch Polonus in dissertationibus Historicis Prussiæ, & præcisè in serie Episcoporum Varmien. Ius liberæ Electionis Capituli enunciat. *Dissert. 14. fol. 213.*

Item in notis ad Chronicon Prussiæ Petri de Dusberg ex Bulla Aurea Caroli IV. Episcopum Varmien. S.R. Imperij Principem recenset, & refert in eadem Bulla insertas Innocentij IV. & VI. Bullas super fundatione facta per S. Sedem dicti Episcopatus, de qua in præterito *Summario* reassumendo *num.* 1. & 2. *fol. 476. & 483.*

Suprafatam Comprehensionem Episcopi Varmien. inter S. R. I. Principes recenset Tretterus in supradicto Tractatu. De Episcopatu *Varm. in fin. Vit. Ioan. II. Episcopi fol.* 18.

Num. 7.

Prima relatio Reuerendissimi Nuntij.

Eminentissimo, e Reuerendissimo Signore, &c. Li Capitolari di Varmia nell'espormi i giorni passati lo stato della loro Chiesa, mi rimostrarono, che essendo sempre stata compresa nelli Concordati di Germania, come quella che era fondata nelle Prouincie della Natione Tedesca, haueua anticamente goduta la libertà dell'elettione allorche per la morte del Vescouo restaua vacante la Cathedra. Passata poi sotto la Protettione del Rè di Polonia, fù accordato, che douesero li Canonici

eleg-

elegger sempre per loro Vescouo vn soggetto grato alla Corte, e perche insorsero ben presto difficoltà sopra l'accettarsi da Rè di Polonia li soggetti proposti dal Capitolo, fù conchiuso con l'assenso ancora della san: me: di Leone X. che il Rè proponesse in auuenire quattro Capitolari non sospetti, e che il Capitolo ne sciegliesse vno di quelli da presentarsi alla S. Sede per il Vescouato. Si è mantenuta simil osseruanza, &c. Fraumburgo 6, Settembre 1697.

Vmiliss. deuotiss. & obligatiss. Seruitore.
G. A. Arciuescouo di Tebe.

Num. 8. *Secunda relatio d. Reuerendissimi Nuntij.*

Eminentissimo, e Reuerendissimo Signore, &c. Fin da primi giorni, che rientrai in Polonia compiansi le grauissime miserie, alle quali sono stati esposti li Beni Ecclesiastici di Prussia, &c.

Circa il mantenimento de Priuilegij, & esentioni del Capitolo, hò sodisfatto à quest'vltima parte col non ammettere la nomina di Monsignor di PlosKo nominato al Vescouato di Varmia fin tanto non mi costi dell'Elettione del Capitolo, che secondo li concordati fatti co'Rè di Polonia, deue sciegliere vno de 4. Canonici Capitolari, che saranno presentati dalla Maestà sua &c.

Varsauia 6. Maggio 1698.

Vmiliss. Deuotiss. & Obligatiss. Seruitore.
G. A. Arciuescouo, e Vescono di Rimini.

